

Prestito marittimo redatto da notaio a Genova nel 1156

Iohannis Auterii].

Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Tetacpra, Ogerius Gobus, Bencavalca, Bonus Iohannes Bucasseme. Ego Tado gener Georgii profiteor me accepisse a te Iohanne Auterio lb. sex denariorum ianuensium de quibus promito dare tibi vel tuo certo misso lb. octo denariorum ianuensium, navi in qua vado sana eunte Alexandriam et inde redeunte ad mensem unum postquam venero. Si vero navis ista vendetur vel iter mutaret, sana eunte navi illa in qua venero ab Alexandria et, si accideret quod in proxima estate non venirem, promitto solvere tibi illas lb. octo sana veniente maiori navi que ab Alexandria veniet in anno illo. Quod si non fecero penam dupli tibi stipulanti promitto, bona pignori pro sorte et pena intres, estimare facias nomine vendicionis proprietatis nomine quicquid volueris. Actum in pontili capituli, MCLVI, VIII idus augusti, indicionis tercię.

Societas maris redatta da notaio a Genova nel 1157

Teste Marchionis de Volta et Guidoti Torselli].

Testes Lambertus de Marino, Rolandus Cintracus, Obertus filius Oberti guardatoris. Marchio de Volta et Guidotus Torsellus contraxerunt compagniam, in quam ille lb. CLXXXIII, iste lb. LXXXII [contulerunt]: has omnes iste laboratum apud Sanctum Egidium et inde quo voluerit, et inde negociari debet pro arbitrio suo bona fide. In reditu in potestatem nominati Marchionis, capitali tracto, proficuum per medium dividere debent. Actum in capitulo, MCLVII, VI ante kalendas novembris, indicione quinta.

Fonte: M. CHIAUDANO – M. MORESCO, *Il cartolare di Giovanni Scriba*, 2 voll., Torino, Lattes, 1935, ed. anast. Bottega d'Erasmus, Torino, 1970, I, pp. 56 (n. CIV) e 160 (n. CCIC).

1040278

DOCUMENTI E STUDI PER LA STORIA DEL COMMERCIO E DEL DIRITTO COMMERCIALE ITALIANO
PUBBLICATI SOTTO LA DIREZIONE DI

FEDERICO PATETTA
ACCADEMICO D'ITALIA

MARIO CHIAUDANO
DELLA R. UNIVERSITÀ DI GENOVA

XIX

R. MOROZZO DELLA ROCCA - A. LOMBARDO

In CNR 123



QUEST'OPERA È EDITA
DAL R. ISTITUTO STORICO ITALIANO PER IL MEDIO EVO E
DALLA COLLEZIONE DI DOCUMENTI E STUDI PER LA STORIA
DEL COMMERCIO E DEL DIRITTO COMMERCIALE ITALIANO

DOCUMENTI DEL COMMERCIO VENEZIANO

NEI SECOLI XI-XIII

I e II



EC001040278
100-01126

ISE
/1



1940-XVIII.
EDITRICE LIBRARIA ITALIANA
TORINO

+ Ego Henrico Gradonico testis subscripsi.

S.T. Ego Dominicus presbiter et notarius complevi et roboravi.

228. Romano Mairano contrae con Leonardo Bono un cambio marittimo su Costantinopoli. Rialto, 1170 agosto.

S. Zacc., B. 24 - Ottima - 108×214 - Att. coevo: *Leonardo Bono; cartula de manifestacione* - Att. I.B.: *1170 de agosto, confessa Romano Mayrano haver ricevuto da portar con se al vadagnar bisanti cento* - Copia dello stesso anno e mese.

+ In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo, mense augusti, indictione tercia, Rivoalto. Manifestus sum ego quidem Romanus Mairano de confinio Sancti Iohannis Evangeliste cum meis heredibus quia recepi de te namque Leonardo Bono filio Sebastiani Bono de confinio Sancte Marie Formose et tuis heredibus, tantum de tuo habere quod ad presens mecum porto cum mea nave in Constantino- poli, unde infra triginta dies post quam in suprascripto Constantino- poli intravero tunc per me vel per meum missum tibi vel tuo misso dare et deliberare debeam bicencios auri veteres pensantes centum. Verumtamen suprascriptum habere in tali periculo esse debet quale fuerit suprascripte navis et habere quod in eadem nave fuerit. Quod si non observavero omnia ut superius legitur, tunc omnia in duplo cum meis heredibus tibi et tuis heredibus dare et reddere promitto de terris et casis meis et de omnia que habere visus fuero in hoc seculo et inde in antea caput et duplum prode laborare debeat de quinque sex per annum.

+ Ego Romanus Mairanus manu mea subscripsi.

+ Ego Henricus Contareno testis subscripsi.

+ Ego Iohannes Capellexi testis subscripsi. Ego Marcus Grilioni diaconus et notarius complevi et roboravi.

+ Ego Petrus Russo sicut audivit de matre testificor in filia.

+ Ego Leonardo Lisadi vidi in matre testico in filia.

S.T. Ego Marcus Grilioni diaconus et notarius hoc exemplum exemplavi per suprascriptos annos Domini eodem mense et eadem indictione sicut in eius matre repperii, nec auxi nec minui, complevi et roboravi.

229. Domenico de Auricia si pone al servizio di Romano Mairano per il periodo di sei anni. Rialto, 1170 agosto.

S. Zacc., B. 24 - Pessima - 137×148 - Att. coevo: *Dominicus Auritia.*

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo, mense augusti, indictione

tercia, Rivoalto. Qui suis indiget bonis necessario cogitur subster- tari alienis, quapropter ego quidem Dominicus de Auricia de confinio Sancte Trinitatis affirmo me tecum quidem Romano Mairano de confinio Sancti Iohannis Evangeliste a modo in antea usque ad annos sex tecum et in tuo servicio tam in die quam in nocte stare et habitare atque [manere] et me mandare et laxare ubicumque bene placitum fuerit ad tuum proficuum et meam salutem, [et te bene] servire sine fraude et malo ingenio et tue voluntati obedire debeam secundum meum scire et [posse. Tu vero] michi dare debes victum et vestitum et calciamenta iuxta bonam mensuram tue possibilitatis. Et tu similiter michi dare debes libras veronensium decem propter meam mercedem de suprascriptos sex annos unde michi hic appagatum habes de suprascriptas decem libras solidos veronensium quadraginta quam ego dedi ad matrem meam. Reliquas vero michi [dare debes infra suprascriptum] terminum exeunte me ad te. Ego quidem nullatenus a tuo servicio recedere debeam [usque ad suprascriptum terminum] et absque tua licentia. Si vero me alicuius offensionis culpabilem invenietis, tu castigatione tuorum sermonum et flagellatione tuarum correptionum potestative me emendare debeas [tamen discrete ut a] stulticia revocatus desista. Quod si a te fugero infra suprascriptum terminum potestatem [tibi maneat capiendi me et] in tuo servicio me reducere et tenere debeas sine mea et omnium hominum [contradictione et sine] misso senioris et si foris a te vel a tuo servicio plus quam octo dierum stetero [excepto causa inveniendi] gratiam tuam, tunc suprascriptos annos sex in duplo tibi servire debeam et hec affirmationis cartula in sua firmitate permaneat.

Signum suprascripti Dominici qui hec fieri rogavit.

+ Ego Stephanus Venerus rogatus testis subscripsi.

+ Ego Petro Dauro testis.

S.T. Ego diaconus et notarius complevi et roboravi.

230. Pangrazio Zileo, partendo per l'impero greco, dà mandato alla sorella Englarada di richiedere alcuni suoi oggetti posti in deposito nel monastero di S. Zaccaria in Rialto e di conservarglieli fino al suo ritorno. Caorle, 1170 agosto.

S. Zacc., B. 36 - Ottima - 106×127 - Att. XVII: *1170 agosto, procura di Pangrazio ad Englarada per levar uno deposito a S. Zaccaria.*

+ In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo, mense augusti, indictione tercia, Kaprolis. Ego quidem Pangracious Zileo filius quondam Stephani Zilei de

- + Ego Marcus Iustinianus testis subscripsi.
- + Ego Thomas Faletro testis subscripsi.
- Ego Varietus Calbo presbiter et notarius complevi et roboravi.
- + Ego Michaelis Campani vidi in matrem teste su in filiam.
- + Ego Iacobus Guido vidit in matre testis sum in filia.

S.T. Ego Varietus Calbo presbiter et notarius hoc exemplum exemplavi percurrente suprascripti anno Domini, eodem mense et eadem indicione, nec minui nec ampliavi, complevi et roboravi (1).

233. Frugerio Senatori da Equilo attesta le disposizioni testamentarie prese da Efraim Gradenigo morto a Sparta. Tebe, 1170 ottobre.

S. Zacc., B. 24 - Ottima - 109×156 - Att. coevo: *domino Viviano Faletro*. - Att. XVIII: *1170 ottobre, testamento di Francisco Gradonico*. - Cfr. l'atto precedente.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo, mense octubris, indicione quarta, Stivis. Testificor ego quidem Frugerus Senatori de Equilo qui ego tunc ibi fuy in Lakedemonia quando Efraim Gradonicus de confinio Sancti Iohannis de Rivoalto gravi infirmitate detentus lectulo in suprascripta Kedemonia decumberet, de qua infirmitate suam finivit vitam. Ego suprascriptus Frugerus audivi de ore suprascripti Efraym ut dixit: Volo quod Dominicus Gradonicus de confinio Sancti Iohannis suprascripti et Petrus Barbo de confinio Sancti Pantaleonis et Vivianus Faletro de confinio Sancti Thomae debeant intromittere meam causam et dare eam ad fratrem meum Henricum Gradonicum. Hoc audivi et per verum dico testimonium.

- + Ego Frigero Senatori manu mea subscripsi.
- + Ego Vitalis Bembo testis subscripsi.
- + Ego Iohannes Badovario testis subscripsi.

S.T. Ego Marcus Bolani presbiter et notarius complevi et roboravi.

234. Pangrazio Pascaligo stipula con Vitale Vollani una colleganza per Costantinopoli. Tebe, 1170 ottobre.

S. Zacc., B. 24 - Ottima - 105×173 - Att. I.B.: *acceptation de perperi 44 fa Pangrati Pasqualigo da Vidal Vullani da trafegar, del 1170 de ottubrio* - Copia del 1177 del mese di giugno.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anno Domini millesi-

(1) Un'altra copia del tutto identica trovasi in S. Zacc., B. 24, coll'attergaio coevo: hec sunt cartule de Vivianus et Iohannes Faletro.

mo centesimo septuagesimo, mense octubris, indicione quarta, in Stives. Manifestus sum ego Pangrati Pascaligo de Equilo cum meis heredibus, quia accepi de te namque Vitale Vultani de confinio Sancti Moysi dilecto consanguineo et tuis heredibus in collegancia perperos auri veteres pensantes quadraginta quattuor et ego ibidem iactavi adversum te alios meos perperos auri veteres pensantes viginti duo, cum quibus totis suprascriptis perperis de hinc ad presens debeo per mare aut per terram ire in Constantinopoli, laborare et procertare prout melius potuero. Capitanea salva prode vero quod inde nobis dederit Dominus per veram medietatem inter nos partire debeamus et participare sine fraude et malo ingenio. Et undecumque aliquic acquirere potuero cum toto suprascripto habere, totum in ista collegancia iactare debeam et si, quid absit, peccato imminente a mare vel a gente totum istud suprascriptum habere perditum fuerit, quod sit clarefactum, nichil inde pars partim inquirere debeamus et si aliquid inde remanserit sicut dedimus ita participemus. Ista collegancia debet esse inter nos a modo in antea usque me intrante in Constantinopoli, et tunc me intrante in Constantinopoli infra dies quindecim per me aut per meum missum tibi aut tuo misso debeo facere veram et iustam racionem de suprascripta collegancia et reddere tibi totum tuum suprascriptum habere cum suo prode. Hec autem que suprascripta sunt si tibi non observavero, et omnia ut suprascripta sunt non adimplevero. tunc componere promitto cum meis heredibus tibi et tuis heredibus omnia in duplo de terris et casis meis et de omnibus que modo habeo et que in antea habere vel acquirere vissus fuero in hoc seculo et inde in antea ipsum caput et duplum sive prode laborare debeat de quinque sex per annum. Signum suprascripti Pangrati Pascaligo qui sit scribere set causa necessitatis non potuit scribere, qui hec fieri rogavit. Ego Petrus da Molino testis subscripsi. Ego Leonardus Urso testis subscripsi. Ego Marinus presbiter et notarius complevi et roboravi.

- + Ego Dominicus Dongeorgio vidit in matre testes sum in filia.
- + Ego Dominicus da Canale vidit in matre testes sum in filia.

S.T. Ego Matheus da Molino presbiter et notarius hanc exemplavi percurrente anno Domini millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense iunii, inditione decima, in qua, prout cernere potui, nec minui nec ampliavi, complevi et roboravi.

235. Pietro da Molin riceve una somma da Pietro Venier per commerciare in Grecia e a Costantinopoli. Tebe, 1170 ottobre.

S. Zacc., B. 24 - Ottima - 103×192 - Att. coevi: *perperi .iiii. et carati*

periculo et occasione et absque fraude vel ullis interpositis capitulis, retenta in me reliqua medietate eiusdem lucri. Hec autem que suprascripta sunt si non observavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus tibi et tuis heredibus omnia tua suprascripta in duplum de terris et casis meis et de omnibus que habere visus fuero in hoc seculo et inde in antea ipsum caput et duplum prode laborent de quinque sex per annum.

Ego Quarto manus mea scripsi.

+ Ego Marcus Barbani testis subscripsi.

+ Ego Marinus Memo testis subscripsi.

S.T. Ego Dominicus Suavis Sancti Iohannis Evangeliste plebanus presbiter et notarius complevi et roboravi

478. *Pietro da Ferraguto riceve da Zaccaria Stagnario una somma per commerciare nel Mar Nero fino a Soldaja. Costantinopoli, 1206 maggio.*

S. Zacc. B. 26 - Ottima - 120×170 - In calce all'atto: *Torsello de Reço*, di scrittura coeva, forse dello stesso notaio. Cfr. l'atto seguente.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo sexto, mense madii, inditione nona, Constantinopoli. Manifestum facio ego quidem Petrus de Ferragudo de confinio Sancti Leonis Pape quia recepi cum meis heredibus de te namque Çacharia Staniario de confinio Sancti Iohannis Evangeliste et tuis heredibus perperos auri pensantes centum cum quibus ad prescens ire debeam de hinc in taxegio in Mari Maiore usque ad Soldadea cum nave in qua nauclerus vadit Georgius Barbaço Anconitanus ad negociandum prout melius potero, deinde vero redire debeam in Constantinopoli cum eadem nave et habere investito in istam primam muduam ita quod alium taxegium mulare non debeam. Et tunc infra dies quindecim quibus in Constantinopoli intravero, debeam per me aut per meum missum dare et deliberare tibi aut tuo misso in Constantinopoli totos tuos suprascriptos perperos auri pensantes centum cum eorum prode et lucro veras et integras tres partes cum iusta et vera ratione sine omni fraude et malo ingenio et michi remanere debeat veram reliquam quartam partem de ipso prode sine omni conditione. Verumtamen suprascriptum tuum habere in tuo periculo esse debeat clarefactum maris et gentis. Si igitur omnia suprascripta non observavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus tibi et tuis heredibus omnia tua suprascripta in duplo de terris et casis meis et de omnibus quae

habere visus fuero in hoc seculo et inde in antea ipsum caput et duplum prode laborent de quinque sex per annum. + Signum suprascripti Petri de Ferragudo qui hec fieri rogavit.

+ Ego Nicolaus Caraça Canape testis subscripsi.

+ Ego Bartholomeus Caput diaconus testis subscripsi.

S.T. Ego Dominicus Superancius diaconus et notarius complevi et roboravi.

479. *Pietro da Ferraguto riceve da Zaccaria Stagnario una somma per commerciare nel Mar Nero fino a Soldaja. Costantinopoli, 1206 maggio.*

S. Zacc. B. 26 - Ottima - 133×196 - Att. I.B.: *carta de quitation de ser Zacharia Staniario*. - La firma di *Jacobus* d'altro inchiostro. - Copia del 1210 di agosto, Rialto - Cfr. l'atto precedente.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo sexto, mense madii, indicione nona, Constantinopoli. Manifestum facio ego quidem Petrus de Ferragudo de confinio Sancti Leonis Pape quia recepi cum meis heredibus de te namque Çacharia Staniario de confinio Sancti Iohannis Evangeliste et tuis heredibus perperos auri pensantes centum cum quibus ad presens ire debeam de hinc in taxegio in Mari Maiore usque ad Soldadea cum nave in qua nauclerus vadit Georgius Barbaço Anconitanus ad negociandum prout melius potero. Deinde vero redire debeam in Constantinopoli cum eadem nave et habere investito in istam primam mundeia ita quod aliud taxegium mutare non debeam. Et tunc infra dies quindecim quibus in Constantinopoli intravero debeam per me aut per meum missum dare et deliberare tibi aut tuo misso in Constantinopoli totos tuos suprascriptos perperos auri pensantes centum cum eorum prode et lucro veras et integras tres partes cum iusta et vera ratione sine omni fraude et malo ingenio et michi remanere debeat veram reliquam quartam partem de ipso prode sine omni conditione. Verumtamen suprascriptum tuum habere in tuo periculo esse debeat clarefactum maris et gentis. Si igitur omnia suprascripta non observavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus tibi et tuis heredibus omnia tua suprascripta in duplo de terris et casis meis et de omnibus quae habere visus fuero in hoc seculo et inde in antea ipsum caput et duplum prode laborent de quinque sex per annum. Signum suprascripti Petri de Ferragudo qui hec fieri rogavit. + Ego Nicolaus Caraça Canape testis subscripsi. + Ego Bartholomeus Ca-

put diaconus testis subscripsi. Ego Dominicus Superancius diaconus et notarius complevi et roboravi.

+ Ego Andreas Eliodorus presbiter et notarius sicut vidi in matre testis sum in filia.


+ Ego Iacobus Da Molino iudex ut vidi in matre testis sum in filia.

S.T. Ego Venerius Dalmarius presbiter et notarius hoc exemplum exemplavi anno Domini millesimo ducesimo decimo, mense augusti, indicione tercia decima, Rivoalto, nec minui nec auxi sicut in matre eius inveni complevi et roboravi.

480. *Brissana e Cesaria, sorelle, fanno quietanza a Giacomo Panicoculo dei beni del loro fratello Zuckello da lui intromessi. Rialto, 1206 luglio.*

S. Zacc. B. 26 - Buona - 92x170 - Att. I.B.: *securità fa Bressana de villa Corgnuna et Cesaria sorelle a Iacomo Panicoculo de tutti li beni per lui intromessi del quondam Zolibello loro fratello, del 1206 de l'uo. - Sottoscrive un solo testimone.*

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno Domini millesimo ducesimo sexto, mense iulii, indicione nona, Rivoalto. Plenam et irrevocabilem securitatem facimus nos quidem Brisana de Villa que vocatur Corgnano et Cessaria de Villa que vocatur Bonaygo posite in pertinentiis Verone, sorores vero Çukelli habitatoris in confinio Sancti Iuliani, tibi quidem Iacobo Panicoculo habitatori in suprascripto confinio Sancti Iuliani quondam cognatus suprascripti Çukelli et tuis heredibus, de quantocumque tu excussisti vel habuisti aut intromisisti de bonis omnibus et habere que fuerunt suprascripti Çukelli defuncti fratris nostri, quondam cognati tui, tam a Nordalino quondam de Verona nunc habitatore in confinio Sancti Paterniani, quam etiam ab alia aliqua persona hominum. Nunc autem de suprascriptis omnibus exinde nos bene et perfecte appagasti et deliberasti eciam per sacramentum. A modo igitur in antea semper inde securus et quietus permanes imperpetuum, quia nichil remansit nec etiam de ulla re de subcelo quam homo cogitare vel dicere possit, unde te amplius requirere aut compellere valeamus per ullum ingenium. Quod si quocumque tempore de suprascriptis omnibus capitulis aliquid requirere temptaverimus, tunc emendare debeamus cum nostris successoribus tibi et tuis heredibus auri libras quinque et hec securitatis cartula maneat in sua firmitate.



Università di Genova
Istituto di Medievistica
Via Lomellini, 8 — Genova

COLLANA STORICA DI FONTI E STUDI
diretta da GEO PISTARINO

53

LAURA BALLETO

NOTAI GENOVESI IN OLTREMARE
ATTI ROGATI A LAIAZZO
DA FEDERICO DI PIAZZALUNGA (1274)
E PIETRO DI BARGONE (1277, 1279)



GENOVA
1989

V. COL.
C.3.2925

manu mei, infrascripti notarii, MCCLXXIII, die XXIII octubris, et rationem² ipsius accomandationis audiendi et faciendi, si quod lucrum est vel fuit, et ad petendum, exigendum et recipiendum contra quamcumque personam detinentem vel habentem ipsam accomandationem seu de bonis seu rebus que processissent³ occasione dicte accomandationis et ab ipso Petro vel ab alia persona pro ipso // [c. 101 v.] recepisset quamcumque de causa, si aliquid semper advenisset de predicto Petro, dans et concedens dictis procuratoribus meis liberum et generale mandatum agendi, petendi, exigendi, recipiendi, implicandi, sicut dictis procuratoribus meis melius videbitur, et mittendi mihi, cum instrumento vel testibus, ad risicum et fortunam ipsius implicite atque Dei, maris et gentis, instrumentum absolute et quitationis faciendi et confitendi, et me et mea obligandi de eo quod receperint⁴ pro me et meo nomine pro predicto Petro occasione predictae accomandationis, et ad omnia et singula demum faciendi⁵, in iudicio et extra, que egomet facere possem, si presens essem, et merita causarum postulant et requirunt et que per officium veri et legitimi procuratoris fieri et exerceri possent, promittens tibi notario infrascripto, stipulanti et recipienti nomine et vice cuiuslibet persone ad quam predicta pertinere possent, me ratum et firmum semper habere, tenere et in nullo contravenire seu revocare quicquid per predictos procuratores meos vel aliquem ipsorum factum seu gestum fuerit in predictis et circa predicta, sub obligatione omnium bonorum meorum, presentium et futurorum. Actum Ayacio, in domo quondam Iohannis de Clarea, in qua habitat notarius infrascriptus, anno dominice Nativitatis MCCLXXIII, indictione prima, die VIII februarii, inter primam et terciam⁶. Testes Iohannes Corinus censarius et Issacugius filius quondam Raynerii de Arecio.

[F.]

¹ Segue, cassato col dito: unusnus ² rationem: in finale corretta su precedente lettera. ³ processissent: corretto su precedente scrittura. ⁴ Segue, depennato: pro predicto Petro ⁵ et ad omnia - faciendi: così nel ms. ⁶ inter primam et terciam: aggiunto in soprallinea, con segno di richiamo.

7 febbraio 1274, Laiazzo.

Federico, figlio di Tegrino Arnaldi di Lucca, riceve in accomandatione sive societate, al quarto del profitto, da Andriolo Rasperio la somma di 400 daremi nuovi d'Armenia, da portare a negoziare a Beirut od a Capo Bianco od a Saferum, e con la possibilità di arrivare a Damasco.

In nomine Domini, amen. Ego Fredericus, filius Tegrini Arnaldi de Lucha, confiteor tibi Andriolo Rasperio me a te habuisse et recepisse in accomandatione sive societate daremos quadringentos novos Armenie, implicatos in mea communi implicita, renuntiando exceptioni non habitorum et non receptorum daremorum et accomandationis non facte, doli, in factum et conditioni sine causa et omni alii iuri; quam accomandationem sive societatem portare debeo Barutum vel ad Capud Blancum¹ vel Saferum et a predictis locis adscendere possim Damascum, ad risicum et fortunam Dei, maris et gentis et daremorum², et inde reddere Ayacium, nullo itinere mutato, habens potestatem ex ipsis daremis mittendi tibi ante me tantum cum instrumento vel nuncio securo et expendere et lucrari per daremum, sicut ex aliis rebus quas mecum porto. In redditu vero, quem Ayacium fecero, capitale et proficuum, quod Deus mihi in ipsis dederit, in potestate tua vel tui certi nuncii ponere et consignare promitto, retento in me quartum lucri; alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto. Pro qua pena et ad sic observandum universa bona mea, habita et habenda, tibi pignori obligo. Actum Ayacio, in domo quondam Iohannis de Clarea, <in qua habitat> notarius infrascriptus, anno dominice Nativitatis millesimo CCLXXIII, indictione prima, die VII februarii, inter primam et terciam. Testes Enricus de Spino, placerius consulatus Ianuensium, et Iacobinus Bachemus, filius Bonifacii Bachemi.

[dar. I.]

¹ Segue, depennato: et a predictis locis ² et daremorum: aggiunto nel margine esterno, con segno di richiamo.

9 febbraio 1274, Laiazzo.

Ruffino Bazolo, veneto, nomina suo procuratore Oberto de Landro, piacentino, per esigere tutti i suoi crediti in partibus cismarinis e per pagare, a suo nome, tutti i propri debiti.

[c. 102 r.] In nomine Domini, amen. Ego Ruffinus Bazolus, Veneticus, facio, constituo et ordino meum certum nuncium et procuratorem te Obertum de Landro, Placentinum, presentem et suscipientem hanc procuratorem, ad agendum, petendum, exigendum et recipiendum, pro me et meo nomine, universa et singula debita mea que mihi debentur vel recipere debeo a quacumque persona in partibus cismarinis, cum instrumento vel sine¹, et ad solvendum, pro me et meo nomine, universa debita mea cuilibet persone que appareret a me aliquid recipere debere, cum instrumento vel² testibus, dans et concedens dicto procuratori meo liberum et generale mandatum agendi, petendi, exigendi, recipiendi, transsigendi, paciscendi, absolventi, instrumentum faciendi³ et confitendi, atque me et mea obligandi de eo quod receperit, littem contestandi, testes producendi, videndi iurare testes qui contra me producerentur, dilationem petendi, iurandi de calumpnia, sententiam et sententias audiendi et appellandi, si opus fuerit, et appellationem proseguendi, et ad omnia et singula demum generaliter faciendi⁴, in iudicio et extra, que egomet facere possem, si presens essem, et merita causarum postulant et requirunt et que per officium veri et legitimi procuratoris fieri et exerceri possent, promittens tibi notario infrascripto, recipienti nomine et vice cuiuslibet persone ad quam predicta pertinere possent, me ratum et firmum habere, tenere et in nullo contravenire seu revocare quicquid per predictum procuratorem meum in predictis et circa predicta factum seu gestum fuerit, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum meorum, presentium et futurorum. Et, volens te dictum procuratorem meum relevare ab omni honore

satisfaciendi⁵ in omnibus clausulis⁶ meis, promitto tibi dicto notario, dicto nomine recipienti, iudicatum solvi, sub dicta obligatione. Actum Ayacio, in domo quondam Iohannis de Clarea, anno dominice Nativitatis MCCLXXIII, indictione prima, die VIII februarii, inter nonam et vespas. Testes Iacobinus Niger, notarius Sacri Imperii, Guirardus de Sancto Andrea et Oberthus Belensis, Placentinus.

[F.]

¹ Segue, depennato: da ² Segue, depennato: sine ³ faciendi: a corretta su precedente lettera. ⁴ et ad omnia - faciendi: cosi nel ms. ⁵ satisfaciendi: ndi corretto su precedente scrittura. ⁶ clausulis: sulis corretto su precedente scrittura.

9 febbraio 1274, Laiazzo.

Pietro Gimstalis di Narbona riceve in accomandatione, al quarto del profitto, da Bernardo de Aude di Narbona 9 cantari grossi di stagno, al peso di Narbona, del valore di 18 lire di mergonesi, da portare a negoziare ad Alessandria. Dovrà poi tornare a Narbona o ad altra destinazione di sua scelta, per recarsi ad partes ultramarinas.

In nomine Domini, amen. Ego Petrus Gimstalis de Narbona confiteor tibi Bernardo de Aude de Narbona me a te habuisse et recepisse in accomandatione cantaria novem grossa stagni, ad pondus Narbone, extimata inter me et te in libris decem et octo mergonensium, renuntiando exceptioni // [c. 102 v.] non habite et non recepte accomandationis et extimationis non facte, doli, in factum et conditioni sine causa et omni alii iuri; quam accomandationem portare debeo Alexandriam vel quo Deus mihi melius administraverit, postquam de portu Ayacii exiero, mercandi causa, et inde reddere Narbonam, vel quo

• di MELGUEIL (Comtes), denari coniat
nella zecca di MAGUELONNE

Deus mihi melius administraverit, causa eundi ad partes ultramarinas, habens potestatem ex dicta accomandatione mittendi tibi seu Boneto Grestino, vel alicui persone de societate ipsius Boneti pro ipso, cum instrumento vel testibus, et expendere et lucrari super ipsa accomandatione, sicut ex aliis rebus quas mecum porto. In reddito vero, quem Narbonam fecero vel ad partes ultramarinas, in potestate tua seu dicti Boneti vel alicuius persone pro ipso Boneto de eius societate¹ ponere et consignare promitto, retento in me quartum lucri; alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto. Pro qua pena et ad sic observandum universsa bona mea, habita et habenda, tibi pignori obligo. Actum Ayacio, in domo quondam Iohannis de Clarea, in qua habitat notarius infrascriptus, anno dominice Nativitatis MCCLXXIII, indictione prima, die VIII februarii², inter nonam et vespas. Testes Iacobinus Niger, notarius Sacri Imperii, et Girardus Comes de Marsilia.

¹ *Segue, depennato*: in potestate tua ² die VIII februarii: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo.

20

15 febbraio 1274, Laiazzo.

Opecino di Santa Fede rilascia quietanza a Guideto Rubeus del fu Iacopo Rubeus, che agisce anche a nome dei propri fratelli, per tutto quanto Guideto ha riscosso a suo nome dal comune di Genova con riferimento ai bisanti d'Oltremare concessi in mutuo al tempo della guerra contro Veneti e Pisani.

In nomine Domini, amen. Ego Opecinus de Sancta Fide confiteor tibi Guideto Rubeo quondam Iacobi Rubei, tuo proprio nomine recipienti et nomine fratrum tuorum, me a te habuisse et recepisse integram solutionem et satisfactionem de omni eo et toto quod, pro me et meo nomine, recepistis, tu vel

fratres tui, a communi Ianue occasione bissanciorum Ultramaris qui mutuati fuerunt in dicto communi tempore guerre Venetorum et Pissanorum¹, et de quibus omnibus me a te et dictis nominibus bene quietum et solutum voco, renuntiando exceptioni non habitorum et non receptorum bissanciorum atque solutionis et satisfactionis non habite seu non recepte, doli, in factum et conditioni sine causa et omni alii iuri, promittens tibi, tuo proprio nomine recipienti et nomine fratrum tuorum, quod decetero contra te vel fratres tuos seu heredes² tuos³ et fratrum tuorum, occasione predictorum bissanciorum seu aliqua parte ipsorum, nulla fiet questio vel actio movebit<ur>, in iudicio vel extra, per me vel heredes meos vel habentem causam a me. Et si forte, aliquo tempore, contra te vel fratres tuos seu heredes tuos vel fratrum tuorum fieret aliqua // [cart. 111, c. 1 r.] questio, promitto tibi, et dictis nominibus recipientibus⁴, restituere⁵ omnes expenssas et dampna que et quas propterea faceres seu substineres, vel dicti fratres tui⁶, ad tuam voluntatem et quandocumque volueris, te et fratribus tuis credito de dampnis et expenssas vestris solis verbis, sine testibus et iuramento, ratis semper manentibus supradictis, liberando et absolvendo te et fratres tuos atque bona vestra de predictis⁷ per acceptilationem et aquilianam stipulationem solemniter in verbis deductam; alioquin penam dupli de quanto et quotiens contrafactum fuerit tibi, et dictis nominibus recipienti, stipulanti promitto. Pro qua vero pena⁸ et ad sic observandum universsa bona mea, habita et habenda, tibi, et dictis nominibus recipienti, pignori obligo. Actum Ayacio, in logia Ianuensium, ubi regitur curia consulatus, anno dominice Nativitatis MCCLXXIII, indictione prima, die XV februarii, inter primam et terciam. Testes Amidanus de Valenxana et Iacobus Ratus.

[F.]

¹ *Segue, depennato*: renuntiando exceptioni ² *Segue, depennata, una parola ripetutamente corretta.* ³ *Segue, non depennato: et e, depennato: seu heredes* ⁴ recipientibus: *cosi nel ms.* ⁵ restituere: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo. ⁶ tui: nel ms. tuis, con s finale depennata. ⁷ de predictis: aggiunto in soprilinea, con segno di richiamo. ⁸ pena: aggiunto in soprilinea, senza segno di richiamo.

17 febbraio 1274, Laiazzo.

Giovanni de Sala del fu Bonacorso, pisano, riceve in accomandatione sive societate, al quarto del profitto, da Valentino del fu Orlando, pisano, la somma di 2400 daremi nuovi d'Armenia, da portare a negoziare per riperiam Armenie, Syrie et Egipti, nullo itinere mutato.

